

edere, an ea, quæ præcipiuntur, sint legi Divinæ conformia, nec ne, lætissime contingit, ut, quæ bona fide, aut ex ignorantia faciunt, abique peccato faciant. Sic v. g. in superius memorato Uria homicidio potuit Joab mandatum Davidis exequi sine peccato, sciebat enim Davidem virum esse sanctum, qui gladium ideo a Deo receperat, ut plecteret nocentes. consequenter sic potuit argumentari: Forsitan Uria graviter offendit Regem, & ita Majestatis reus morte dignus est: sed quia David mansuetus, & hic fidelis ejus miles fuit, non vult eum publice punire, & ideo mandat mihi, ut interest sine ignominia, si sicque iustitia cum misericordia mifceatur: sic, inquam, Joab ex ignorantia excusari poterat a culpa homicidii. Verum cum subditi non possunt non ignorare, id quod præcipitur, repugnare legi Divinæ, prout ignorant non poterat oblitescere Ægyptiæ, (Exod. 11.) submerfionem infantum Israelitarum a Pharaone præceptum esse flagitiosum, & ideo nolentes obedire a Deo benedictæ sunt, tunc, inquam, tenentur in conscientia, scelerato præcepto, etiam cum damno suo temporaliter resistere, & dicere cum sancto Apostolo Principi, *Act. 4.* Operis Dei magis obedire, quam hominibus. Recipiamus hodiecum Festum, & exemplum capiamus in Immaculata Dei Genitrice!

8. Etenim Beatissimam Virginem non contraxit peccati originalis maculam, pia est fere totius Ecclesie sententia. Verum præter hanc etiam docent Theologi, quod non contraxerit debitum proximum incurrendi peccatum originale. Quid est debitum proximum? est obligatio nostræ voluntatis ad voluntatem Adami, seu lex illa, vi cuius Dominus Deus Adamum constituit caput morale totius humani generis, ut, ut quicquid in ordine ad iustitiam originale vel conservandam, vel amittendam operaturus esset, nobis quoque posteris vel a præmium, vel ad poenam esset imputabile. Clariss! si Dominus Deus ex hora, qua Adamum in Paradiso creavit, omnes totius mundi homines, qui fuerunt, sunt, & futuri sunt, ex universo orbe in Paradisum evocasset, explicatissime infiggibus donis, prudentia, virtute, aliisque primi hominis qualitatibus singulos distincte interrogasset, an vellet in Adamum quoad iustitiam originale compromittere, omnes certe singuli ac universi abique tergiversatione respondissent. Compromissimus! excepta sola Beatissima Virgine, quæ voluntatem suam inseparabiliter ac imperturbabiliter voluntati Dei hæc annexit, ut si universum genus humanum illi persuadere voluisset, ut cum cætera turba in Adamum conspiraret, illa sola reclamasset: Nolo, repugno, protestor! consequenter etiam debitum proximum peccati originalis non contraxit. En mi Christiane, qua animi constantia relucidi oportet, eum peccaminosa præcipiuntur! Fili mi, si genitor tibi præcipiat, ut de illata injuria festo & flamma vindictam

sumas: Filia mea, si mater tibi præcipiat, ut impudenti vestium luxu te seculari conformes: Famule, si Dominus tibi præcipiat, ut rapaci manu aliena atretes: Famula, si Dominia tibi præcipiat ut diebus Deo sacris laboribus vaces, respicite exemplum Immaculatae Deiparentis, & dicite: malo morti, malo favorem hominum perdere, malo famulitio excedere, quam Deum offendere! Sed nunquid filii parentibus, & famuli Dominis tenentur obedire? Respondet expellere Angulianus Sermone 7. ad Frat. in Erem. *si obedientia honesta non fuerit, nullatenus obdatur.* O quam fucate & inaniter obedientiam præteris, dicendo, non ausim obedire parentibus aut superioribus, ut ut mala præcipiant! Est falsissimum.

9. Postquam Christus Dominus ad populum quondam prolixum sermonem fecit, etiam Discipulis in mari navigantibus beneficium præstiturum præcepit illis, ut quoniam tunc nocte frustraneo labore fatigati fuissent, jam in nomine suo rete laxarent. Paruit confestim Petrus, projecti rete in mare, & *conversus piscium multitudinem.* (Luc. 5.) Non miror Dominum verbum facile tam efficax, utpote in cuius virtute cæci illuminati, claudi erecti, paralitici sanati, & mortui ad vitam revocati sunt. Id autem admirandum esse arbitror, quod Petrus ad noicem Domini verbum ex promptitudinæ ac obedientiæ rete laxaverit, qui tamea postea in monte Oliveti iterum iterumque admonitus non potuit una hora vigilare & orare? quæ causa hujus differentia? cur Petrus in mari paratissimus est obsequi, non vero in orto? nonne ideo, quia piscatio illi voluere erat utpote conducens ad ejus lacrum, non vero oratio? ex quo prosum est conicere, quam prompti simus ad obediendum, si gratum aliquid nobis præcipiatur, quam e contra obstinati & tardi, si ingratum illud sit, quod præcipitur. Si dicit pater, illi dispense hodie in frequentatione Scholæ, liceat tibi abire ad contodales, ad lusus, ad caestros: si dicit mater, filia, hodie tibi concedo licentiam abundi ad choreas, & alia confortia: si dicit Pater-Familias, famuli, hodie interruptis laboribus potestis pergere ad popinas & computationes: O quam prompta obsequendi a lacritate filii, filia, famuli pergunt, currunt, festinant! quare? quia hoc idem est, quod desiderant & exoptant! quod vero parentes aut Domini ajant, eundem esse ad templum, ad Concionem, ad Catechesis, ad mortem plenum, obmurmurant, & tergiversantur. En mi Christiane, quam ex voluntate tua dependat obsequi, vel non! cum igitur oblectari aures parentibus & superioribus cum bona præcipiunt, cur non pariter, cum præcipiant mala? hæc ipsa vitia multia coram Divino tribunalis erit tibi in accusationem, & supplicium! Operis Dei obedire magis, quam hominibus! Cape exemplum ad tuam emendationem, & terrorem.

10. Juvenis quidam ac pientissima puella, prout Joseph B. Hardinus in Prat. Flor. l. 1. c. 16. exempli. commemorat, operante in animo Divini Spiritus gratia adeo mandatos amores contemneret, & sponsum e cælis accefferet decrevit, ut illibate Virginitatis voto se Deo obtrinxerit: nec dubium fuit, quin serio ageret; quia virtutem castimonie cilicis, jejunis, sensuum refranatione, & saculi fuga sedulo excolere, & conservare studebat. Verum stygius alator, qui quanto nobiliores sunt anime, tanto assidius illis insidiat, excitavit adolescentem, illicque amoris flammam evocavit innocens puellam adeo subdidit, ut illam a parentibus in sponfam peterit. Placuit parentibus opportuna fors: aperuit filia adolescentis desiderium, describitur, laudantque illius fidelem, divitias, nobilitatem. Et quid illa? haud opus habuit validis ardentibus; quam enim celesti sponso sese obtrixitam Gerret, tamen prætextu obedientiæ ac reverentiæ parentibus præstandæ huic facile repudium dedit. Quid multis? dat victas manus, consentit in conubium, & perituras mundi divitias æ, terrens, cœnum calo, procum Deo præfert: celebrantur pronuba pæta, & dies nuptialis solemnitate decernitur. Ultima ante nuptias nocte in fomnis visa est sibi puella in spatio campo consistere, in quo deformes viti spiritus, ac demonum monstra numerose conabant: in medio campi puteus visibatur, & quo terribiles flammæ, & inconditis animarum tormenta sua deplorantium ejulatus eructabatur. Obstupescit Virgo toto corpore tremat, & cum dæmones sibi appropinquantes conspexit, qui illum arripere, & in puteum immergere volebant, in lacrymas & clamores effusa auxilii circumspexit. Er ecce! & fortem beatam! vidit Sanctissimum Dei Matrem ex adverso stantem! hanc ergo instantissime rogavit, ut sibi in extremo salutaris periculo oper ferret! Ego? tibi opem ferre? submisit misericorditer Mater: Ah! Domina, sum famula tua! Tunc famula mea, cuius Filium, sponsum tuum, paulo ante repudiasti? quem enivero Virgo errorem agnosceret, in genua prostravit, Virginitatem de novo jurare, & emendationem spondere! seque commovit animum Mariæ quæ est refugium peccatorum, atque ad se reversa renuciavit nuptiis, castè vixit, & vitam pientissime præclaram beata morte conclusit.

10. Epilogus. Observa, mi Christiane, ex hac historia, in quantum salutaris periculum delapsa sit innocua Virgo ex eo, quia parentibus, post emissam Virginitatis votum, nuptias imperantibus morem gessit. Tu ergo, si clara tibi est salus, disce alieno damno sapere, & genuum ex hostera dissertatione lutum collige, si quos habes, peccaminosum quid præcipias, qui omnis tam culpa, quam potest reatus ex aliena insidia in tuam perniciem

redit. Dein etiam cave, ne præpositis quibuscunque, etiam parentibus quod contra Deum legem est præcipientibus morem geras, quia ad obedientiam Dei gloria, & animæ salutem contrariam nulla datur obligatio. Generosissimus ille Juvenis, quem Rex Antiochus carnificum furori tradidit, possuisset se facile e tormentis eximere, si ad mandatum Regis sanctam legem deserere, & idola venerari voluisset, verum multum acerbissimum mortem opteteret, identidem clamitans illud: *Non obedi præcepto Regis, sed præcepto Legis.* (2. Machab. 7.) hanc tibi noemon, mi Christiane, commendatam habe! si facere lubetis, quæ Deo & conscientie repugnant, dic constantè: Non obedio præcepto Regis, sed præcepto Legis! Fixum ratum est! Amen.

In Feste S. Thomæ Apostoli.

CONCEPTUS XXVIII.

De tertio peccato alieno, quod committitur Consensu.

Nisi videro -- non credam. Joann. 10.

In bovis tarde, in malis celeriter consentimus, bene de peccato confusus explicandum est, primo, quomodo & a quo committatur.

1. **O**Uam prona fit humana fragilitas ad malum, quam tarda & obstinata ad bonum, luculenter perspicuum exemplo S. Thomæ Apostoli! Tempore Passionis Dominicæ, quo Incarnatus Dei Filius captus, ligatus, cætenis contritus, in carcerem datus, & ad mortem condemnandus ab uno iniquo tribunali ad alterum raperetur, utique obstrictus fuisset Thomas, ut innocenter Magistrum defenderet, aut saltem cum moriente moreretur; & ecce! cum cæteros Apostolos metu persecutionum auferere confusus, haud opus erat prolixis functionibus, ut & ipse derelictus Domino in fugam se abireperet. En! quam prona fuerit ad malum: post Resurrectionem autem Dominicam, cum ilam Dei Filius in mortali corpore gloriosus Apostolis, Thoma absente, apparuit, & hi redeuntis usami ore testarentur, (Joann. 20.) de visisse Dominum, oblatam, & ad ostium usque protracta incredulitate repugnavit, inquires: *Nisi videro -- non credam.* En! quam tardus fuerit ad bonum. Sic hodiecum feri amat! si facit Oratores, & animum curatores nobis contempnum mundi, æternorum amorem, salutis sollicitudinem, & piorum operum exercitia ab nocturne inculcant, agre consensum extorpebant: si vero quidam dæmonis emissarius peccata turpissima contra iustitiam, contra castitatem, contra temperantiam nobis persudat, promptissime consentimus. Hanc veritatem meditatus Philomita de quadraplici peccatorum multia conquiretur: Prima peccatoris multia hæc est, quod

quod verba pervertat & scandalosa in aliorum perniciem emittat, ac fraudulento ore, ac lingua proximum circumveniat. *Verba eris iniquitas & dolus: (Psal. 35.)* Altera malitia peccatoris illa est, quod muneris ac status sui obligationes edoceri, & multo minus eas adimplere nolit: *Noluit intelligere ut bene ageret.* Tertia peccatoris malitia in eo consistit, quod studiosa deliberatione perpendat, quae ratione pervertit consilia contra Deum, contra proximum, aut seipsum concepta, executioni mandare velit. *Indignitatem molitur esse in cubili suo.* Quarta demum peccatoris malitia quam David praeter ceteris damnat, his verbis describitur. *Adfuit omni via non bona.* Quid vult dicere? Cardinalis Hugo in Psal. 37. interpret esto: *Adfuit, id est, consensum praebuit, omni via non bona, id est, omni generi peccati.* Igitur super hoc maxime indignatur Psalmista, inveniri homines, etiam e Christianis plurimos, qui licet ad homicidia, ad furti, ad rapinas ipsi manus & operam non conferant, tamen ad haec & gravissima quaevis scelera consensum facile praestant: putant quidem miserissimi, se damnationis aeternae non esse, si opere ipso non peccent, sed crassissime decipiuntur, cum dilectae gentium Apostolus, (Rom. 1.) poena dignos esse, non solum, qui non faciunt, sed etiam qui consentiunt, supra quae verba annotat Glossa, Ord. in Ep. ad Rom. *Sunt quidam, qui se res non faciunt, si non operentur, quae mala sunt, assentiunt tamen facientibus.*

2. *Proposicio.* Advertitis, dilectissimi, quem in finem ista differam? Nempse cum in finem, ut postquam de primis duobus peccatis alicuius egimus, iam antiam capiam agendi de tertio peccato alieno, quod committitur consensu. Proinde ad conformitatem materiae, quam tractamus, explicandum erit Primo, quomodo, & a quibus peccatum consensum committitur. Secundo quae ratione consentientem aliena malitia, & etiam poena participem faciat. Tertio demum, quae animi constantia declinandum sit. Attendite! Favete.

§. I.

3. *Confirmatio.* Quomodo, & a quibus committitur peccatum consensu? Respondeo, tunc, cum quis videns mala fieri, quae impedire potest aut ex officio debet, tamen non impedit, aut quamvis impedire non possit, corde tamen in malum alterius consentit. Ita hac de loquitur S. Bernardus, ser. de Rat. S. Joan. Bapt. *Consentire est filere, cum arguere possis.* Item S. Bonaventura, Phare. l. 2. cap. 4. *Tunc consentiunt, cum approbamus, & errorem servamus.* Denique omnium optime S. Augustinus, lib. de Mendac. T. 2. c. 19. qui etiam differentiam explicans inter permissionem & consensum, ait: *Permissio est mala per se esse aliqua ratio, ut vitandi maioris mali, consentiendi autem nulla.* E. exempla hujus delicti tam intra, quam extra Scripturam habemus plura: Propheta Elias

(1. Reg. 21.) iussu supremi Numinis Regem Achab furti, & homicidii in faciem accubavit, cur autem ita? nonne scimus, quod cum vineam a Naboth impetrare non potuit, de cetero nil mali illi inflixerit, sed trinitas acquireret, uxore autem illius Jezabel Nabothum falso blasphemie accusari, & lapidari praecipere? Cur ergo Achab fur & homicida nuncupatur? Nempse quia literarum, quas Jezabel ad consilium Jezrael scripserat, non ignarus, in proditorium eius facinus consentit, nam qui non videt, iudicat, ait Mellissus Bernardus, ubi supra. Summus Sacerdos Ozias tempore, quo Bethulia ab Holoferne obsidebatur, a Juditha sanctissima Matrone (Judith. 8.) graviter oburgatus fuit, quod Deum tentaret, & adorandae illius providentiae diffideret: in quo ergo diffidit? nonne fuit in vita sua proflus inculpabilis? fuit quidem in lege, sed deliquit in eo, quia civibus motu bellorum trepidantibus, & intra quinque dies, nisi suppedita subvenirent, urbem tradere decernentibus consentit; peccator enim, ait Venerabilis P. Canisius, de pecc. alien. 9. 5. *cum quod ab aliis nequiter fit, a nobis quasi suffragium accipit, & tacite approbatur.* Christus Dominus olim audire se probavit Phariseis, quod factis Patrum suorum in necem Martyrum consentierat. Cur autem ita? non legitur in scripturis, quod Pharisei (Luc. 11.) cuiquam Martyrum violentae manus iniecerint? verum id quidem est, sed cum Patres occiderant, illi sepeliebant ad tumulanda oculorum corpora condiderant, ideo Christus acriter in eos invehit: *Ya vobis! — contra vestris operibus horum vestrorum, quoniam ipsi vos occiderunt, vos autem edificatis eorum sepulchra.* E. mi Christiane, hi omnes alienae malitiae participes facti sunt per consensum: nunquam observasti, quid contingere solet, cum Cythraeus cytharam pulsaret, & mirabile cum hinc tendit, & relaxat, cum digitis omnes percurrit, cum altera cythara e patre pendens, & prorsus intacta, eandem cantilenam consonat & tinnit. Eandem in morem, si peccatorum aliquis tenet symphoniam & cytharam, & gaudet ad sonitum organum, (Job. 21.) volo dicere, si veritas mundi voluptates amplectatur, & in consensu, consentias, corrideas, non impediis, cum posses aut deberes, ejusdem toni, id est, ejusdem criminis reus eris apud Deum. Quare, an hoc peccatum consensum hodieam frequenter in u. si fit? Est pro dolor frequentissimum!

§. II. Secundo, quae ratione consentientem aliena malitia participem reddat.

4. In primis hoc peccato consensum delinquant Reges, Principes, ac Magistratus, qui licet in se boni & pii sint, tamen haereticos, blasphemias, infames, latrocinia, lupanaria, pauperum oppressiones, aliaque publica flagitia in suis ditionibus impune dissimulant. Mirabile est, quod Ecclesiasticus de idololatris Regum Juda pronunciat: *Prater David, Eschiam, & Jeshiam, omnes*

nes peccatum commiserunt. (Eccle. 49.) Sancte Vir, qui veritate hoc affirmas? non metuis incurere contra detractionis! utique Rex Aza, Rex Josaphat & alii fuerunt cultores veri Dei, & olores idolorum. Verum id quidem est, respondet Ecclesiasticus, nihilominus & Rex Aza, & Josaphat reatum idololatricae contraxerunt; quia neuter excessu abstulit, videlicet templa & altaria quae Deus venerat, in montibus locifque excelis erecta; insuper cum Regibus Israel Achab, Ochozia, & foram idololatricae amicitias & consilia intravit, siquae eorum idololatricam indirecte foventes roborarent. Non mirum ergo, quod Aza & Josaphat inter idololatras, nec mirum, quod multi Principes inter haereticos, lascivos, & tyrannos numerentur, quia cum haec & alia id genus peccata ex officio impedire debent, non impediunt, & sic tacite consentiunt; juxta illud Gregorii Magni: *apud Grat. in Decret. p. 1. Dist. Consensio videtur erranti, qui ad rescandam, quae corrigi debent, non occurrit.*

5. Dein peccato consensum delinquant Superiores, Pratores, & officiales, qui moderandae Republicae praesunt, cum publicis morum corruptelas, intemperantias, choreas, turpes commedias, libidines, & in diebus festis nundinas, aliaque vitia non coercent. Sacerdos Nethericus cum vidit in Juda calcantes torcularia in Sabbato, portantes acervos, & operantes super Afnos vinum & uvas & ficus: insuper ubi confexit in Hierusalem Tyrios, qui in urbem inferabant pices & omnia venalia, & vendebant in Sabbathis filiis Juda, tunc zelo Glorie Dei correptus, oburgavit optimates Juda, inquiens: (Ester. 13.) *Qua est haec res mala, quam vos hic facitis, & profanatis diem Sabbathi?* Quinam ergo profanarunt Sabbatum? nunquid Tyrii qui interebant pices, & alia venalia? cur ergo Nehemias invehit in optimates & non in Tyrios? Nimirum, quia ad illos spectabat aliquid impedire, ne venalia in die illa inferrentur & venderentur. O si hodieam viveret Nehemias, & videret, quae in Dominicis, Festisque diebus fierent, quam zelose inveheret in superiores populi, eisque reprobraret, quod dies Deo sacros in festa diaboli mutari permetteret, inquiens: *Vos rei estis omnium blasphemiarum, lasciviarum, aliorumque criminum quae non coercetis: quia non solum qui haec faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, perunt, pro loquitur Augustinus, ser. 1. Dom. 26. post Pent. T. 10.*

6. Insuper peccato consensum delinquant Senatores in curiis, qui ut alteri placeant, ejusdem amicitiam conferunt, aut mutuum obsequium sperare possunt, contra suammet scientiam, & conscientiam, suffragium ferunt. Sic Herodes & Pilatus, (Luc. 23.) qui antea invicem inimicissimi erant, amici facti sunt: quia amicitia? non alia, quam illa, qua in necem innocentissimi Dei Filii conspirarunt. Sic Iudeorum plebs, ut Phariseos & synagoga Mi-

nistros non offenderet, ad eorum investigationem latronem Barabam in libertatem afferendum praeter Christum petierunt. (Matth. 27.)

7. Ulterius peccato consensum delinquant illi patres-familias, qui hominibus discolors operum praestant, lautores, alectores, fures & raptores in domos suas recipiunt, res furtivas occultant, detrahunt, aut alio quovis modo ad nefas cooperantur. Sanctus genitum Apollodorus inter alia peccata, quae in juventute commiserat, illud amare deplorat, quod ad necem ac lapidationem S. Stephani concurrebat: *Cum fundentem sanguis Stephani vellis sui, ego ad Barabam & consensissimam. (Act. 7.)* Quid? an ergo Saulus lapidantium e numero fuit? an lapidibus propria manu projectis innocentissimi Protomartyris cerebrum confregit? nihil minus: quid ergo? lapidantium vestimenta ac reculas custodivit, cubiliam vestimenta interfectionum illum, quo facto, ut ait Augustinus, serm. 1. de Sancto, grande peccatum commisit, quia omnium lapidantium manibus ad necem Martyris cooperatus est.

8. Iterum peccato consensum delinquant uores, filii & filiae, qui licet maritum aut Patrum injustitias quomoptime sciunt, tamen cooperantur & dissimulant, quin imo dum iusta, luxu & luxuria iam redditis annui ferant, & consumant ac dilapidant, parentes ad furti & rapinas quasi compellant. Cum populus Israel (Jes. 7.) urbem Jerichontiam, moribus subrum ac horum sonitu prostratis expugnavit, severissime huius poena mortis prohibitum erat, nequis militum de spoliiis expugnatae urbis quidquam farrere praesumeret. Nihilominus quidam nomine Achan ausus est coccineum pallium, argenteam regulam, aliaque suffurari, eaque omnia nemine conscio subtus terram occultare. Et ecce! ira Dei supra totum populum delatavit, minataque est Deus Bellidici Josue graviora supplicia, si scelus impunitum reliquerit. Ergo fit inquisitio in delinquentem, expediuntur sortes, & cum fors cecidit super Achan, confessum ille in vallum Achor abreptus sine omni misericordia lapidatus, & simul omnes ejus pecudes lapidibus obruta, ac omnis impellens ac reculae lapidibus exusta sunt, quod terribilius est, etiam uxor, filii, & filiae ad eandem lapidationis mortem condemnati fuerunt. Cur ita? Oh bone Deus, anone dudum per Prophetam Eszechielem pronunciatum, quod filius non portabit iniquitatem patris? (Ezech. 18.) Si furtum puniendum est, puni Achan solum, & dimitte has innocentes, qui in expugnatione urbis, & in furtis partem non habuerunt! Habuerunt partem, subintravit hic Cornelius a Lapide, hic in Jos. 7. praeceptorum enim, quod vestium luxu, lascivia, & prodigalitate sua patrem fenum Achaa, cui ad tantos sumptus faciendos ordinarii redditus non sufficiebant, ad furti & rapinas coegerint, insuper illum res furtivas in tentorium afferentem confecerunt, & in illis occultandis adjuverunt:

verunt: Periffimile est filios, & filias Achaio furo paterno confenffo, & cooperato esse abfcondendo. Et hæc caufa fuit, quod ad idem lapidationis fupplicium una cum parente iuffiffime fuerint condemnati.

9. Denique peccato confenfus graviffime & maxime delinquant parentes, qui filiis fuis per varia, æque turpiffima scelera ad æternam perniciem pleno curfu feftinantibus adeo non obftant, ut eos etiam in fua nequitia confortent, atque confilio & opera juvent. In Levitico c. 20. quondam præcepti Deus: Signis dederit de femine fua Moloch, morte moriatur. Ubfcondendum, quod nomine Moloch, cui ex ære fuflo, concavo, & fubjectis ignibus horrendum in modum inflammato, parentes filios & filias fuis inter candentia brachia reponebant, putantes, proles fuas hoc mortis genere inter Deos recipi: & ne parentes audirent fletum pueri, eique computarentur, facrificuli plaufum, ac muficam faciebant. Igitur Deus fub comminatione tam temporalis, quam æternæ mortis interdixit Judæis, ne quis tantam crudelitatem exerceret. Verum quidem eft, vix hodie inveniri parentes, qui filios fuos Moloch offerunt fecundum litteram, inveniuntur tamen proh dolor! qui myffice id facere non reformidant. Quot funt, qui filios fuos Moloch, id eft, juxta feptuaginta interpretes, Principi hujus mundi confecerunt? Quot funt, qui filios aut filias, ad placitum Lacerari, vaniffime ornant ac vellunt. Quot funt, qui filias fuas a puertitia capere dedecant. Eft forte matrum aliqua, quæ videt filiam ifperatiffimè pecuniis divitem, immoderate & argenteis fe ad ofentationem perpolire, comere, peccere, ac pingere: eft alia, a qua filia petit, ut fibi liberet cum illo juvene amputatam excurrere ad popinas, in fylvas, ad choreas, interpeffa nocte ad illa confortia. Eft iterum alia quæ feftiffimè frequentare illum domum, ubi nullus eft Dei timor, nulla modestia, nulla pudicitia, & tamen tacet, diffimulat, approbat omnia, imò licentiam concedit, & in diffolutis filii verbis ac moribus fibi complacet, quid hoc eft aliud, quam immortales filiorum animas ad imaginem Dei creatas, & pretiofo Dei Filii fanguine redemptas celo fuffurari, & demonio immolare? quid mirum deinde, quod juffo Dei patientis fupplicio parentes una cum liberis æternam ac temporaliter pereant: quia ut docet S. Ifidorus, l. 2. ad Synon. c. 16. qui confenfit malo, fimilis eft illi, qui agit malum? certe peccata omnia filiorum, quæ diffimularunt & pro officio fuo non compulerunt, imputabantur parentibus; ideo olim in Deuteronomio c. 22. mandavit Deus, ut filia fui & honestatis obfita & domo paterna expelleretur, & lapidaretur: Verba legis Divinae funt: Quod fi in puella non fit inventa virginitas, efficitur cum extra fores domus patris fui & lapidetur abruent: Putatque Oleaffer hanc Dei

fontentiam ante domum parentum, & in domum confpectu executioni datam fuiffe. O Bone Deus! fi pœna hæc moderno adhuc tempore in ufu effer, quot domuum poftes filiofum fanguine, & quot parentum oculi amaros lacrymis maderent.

§. III. Tertio, quomodo declinandum fit.

10. Quomodo ergo fugiendum eft hoc peccatum confenfus? Quoniam hodie feffum eft S. Thomæ Apoftoli, captivum exemplum in triplici S. Thomæ. Primus eft Thomas Aquinas, cognominatus Doctõr Angelicus, in Vit. 7. Mart. cum Neapoli fudiis vacaret, jam adolefcens egressus Ordinem Fratrum Prædicatorum fufcepit. Sed Matre & fratribus id indigne ferentibus, ubi Lutetiam Parifiorum miffus eft, in itinere per vim raptus & in caftello conclusus fuit, quin impo ærat fratrum audacia, ut Thomæ, quo factum ejus propofitum labefactarent, impudicam mulierem fubmiferant: cohortuit innocens juvenis, verum ingeniofus castitatis amor fuffegit peritiffanti confilium: ex ardente foco arripuit libonem, & eoque impudentem pellicem percutiens in flagram egit, tam gloriofus victor, ut ab Angelis caelefti cingulo circumdatus poftea omni libidinis fenfu careret. Alter in medium prodant Thomas Morus, infignis Regni Angliæ Cancellarius, (Suaris in Comment. fol. 261.) cum Henrico VIII. Angliæ Rex repudiata legitima conjugio cum infami muliere Anna Bolena invito Pontifice inceftuosas nuptias celebraret, & fe pro fupremo Anglicanæ Ecclefie capite haberi præciperet, Thomas Morus, confentientibus aliis, conflantiffime Regis defideriis refiftit. Potuiffet in illo regno rebus omnibus effe florentiffimus, & tamen, ne Deum offenderet, abdicato cancellariatu, fpretis dignitatibus, abjectis divitiis, non attento filie & amicum luctu, pro Dei & Ecclefie honore caput refecundum præbuit. Tertius denique adfit Thomas in eodem regno Angliæ Cantuarienfis Epifcopus, (Suaris 29. Dec.) Cum Henrico II. Angliæ Rex leges ferret immunitatis ac dignitatis Ecclefiafticæ præjudicantes, Thomas Regiis mandatis imperterrite feffe oppofuit, ita ut Rex indignatus ad fuum illum tribunal citaret. Verum factus Vir contra incompetentem Judicem proteftatus ad fupremam Romanæ Sedis tribunal provocavit, atque fimul elufis apparitorum infidus prolatus e regno abiit. Interea Rex vocatus ad fe Thomæ confanguineis, interpoftis fubftantationis & exilii minis fevere præcepit, ut illum lacrymis & fufionibus ad fuam fontentiam flecteret. Fecerunt amici quod iuffi fuerunt; verum miserabilis lamentatum adfpectus non potuit palliolem facti Præfatis conflantiam labefactare. Quid tandem tandem Pontifice & Ludovico Galliarum Rege caufam Thomæ agentibus cum ingenti totius regni applaufu in Angliam, fuamque Sedem receptus eft. Verum cum malevoli quidam fuffurones Regi clam referrent, Thomam nova quædam dihhida contra regnum

regnum moliri, & ideo Rex vehementer excañderet, fuere, qui gratiam Regis capturi, fanctiffimum ac innocentem Dei famulum in ipfo templo horis vefperternis vacantem crudeliter obruncarent. En! mi Chrifiane, hoc triplex triplicis Thomæ exemplum tibi ante oculos ftatue: tam a mundo, a carne, a demone ad nefas invitatis, cogita Thomam Angelicum, qui laciviffis furie, cogita Thomam Cancellarium, & Thomam Cantuarienfem Epifcopum, qui duobus Angliæ Regibus infracto animo refifterunt, femper in animo veriffimo ad Pii Pontificis effatum, ap. Grat. Decret. p. 2. dift. 83. Can. 4. Quid prodoffi fui errore non polli, qui confenfum præffas errant?

11. Epilogus. Pifio! & quid pro coronide non Sara Tobiz Junioris uxor fuceffive feptem viris copulata eft, fed infelici conjugio; quippe omnes feptem a demone, nomine Almoxæo, miserandum in modum ftirgulati funt. Non erat hujus rei culpa pœnes Saram, & tamen, cum inter illam & unam ancillarum difcafio orioretur, hæc intemperate bilis aftu Dominam interfecitricem virorum fuorum vocitavit. Contriftata Sara (Tob. 3.) afcendit in fuperius cubiculum, ibique in lacrymas & gemitus effufa fit ad Deum precata eft: Domine tu feis, ficut nunquam concupivi virum, & mandam fervari animam ab omni concupifcentia: verum quia urgebant parentes & amici Virum cum timore tuo, non cum mea libidine confenfi fufcipere. O utinam hanc loquelam omnes Principes, omnes Magiftratus, omnes Judices, omnes Patres-Familias, omnes parentes, omnes filii & filie, edifferere poffent dicentes: Domine ex timore tuo, quamvis a mundo, a carne, a demone, a malis Sociis, aliisque multis ad nefas invitatus fuerim, tamen non confenfi! Beatus fores, mi Chrifiane, fi cum veritate id dicere poffes! adeoque pro fructu hodierni fermonis profunde in animum imprimere illa verbi Tobiz Seniores: Omnia diebus vite tue in mente habere Deum, & cogere, tu aliquando peccato confentias. Quare quare? quia ut ait S. Antonius Florentinorum Archiepifcopus, p. 1. tit. 4. c. 19. §. 2. Facientem, & confentientem par pœna confingit! &c. &c.

In Feflo Nativitatis Domini noffri Jefu Chrifti.

CONCEPTUS XXXIX.

De quarto Peccato alieno, quod committitur Irritatione.

Natus eft vobis hodie Salvator, qui eft Chriftus Dominus in civitate David, Luc. 2.

Dei Filius homo factus eft ad destruendum peccatum, igitur hinc Dominice incarnationis huius repugnant, qui alio verbo, aut opere, aut malo exemplo ad peccatum provocant & irritant.

Hodierna dies, qua natus est nobis Salvator Mundi, deberet esse virtutum

omnium natalis, & omnis peccati exterminium. Quare? quia Inceatus Dei Filius humilitate fua, quæ homo factus in hæc terras de celis defcendit, deducit fuperbiam; paupertate fua, quæ fordidum ftabulum pro Regum palatiis nativitate fua elegit, deducit avaritiam; puritate fua, quæ Virginem Immaculatam Matrem habere voluit, deducit luxuriam; Charitate fua, quæ humanum genus vito Proprietarium in æternam perniciem prolapsam morte ac fanguine fuo redemit, deducit invidiam; Temperantia fua, quæ non nifi aliquos Virginis lactis guttulos pro alimento habuit, deducit gulam; Manufuetudine fua, quæ peccatoribus inimicis fuos audientiffime reconciliari defideravit, deducit iram. Verbo: Divina foboles ideo in mundum venit, ut triumphet virtus, & finem accipiat peccatum! vident igitur illi, quam periculofo res fuæ fit loco, qui huic Dominice Incarnationis finem repugnant, & non contenti quod in feipfis peffimi funt, etiam aliis peffum iniquitatis affricant, ficque regnum peccati, quod Chriftus extirpatum voluit, latiffime propagant: quoniam funt illi? qui ad alienam malitiam confilio, juffione, confenfu, & præffentem Irritatione cooperantur. Væ illis! qui Dei Filium olim ut Judex venturus in ejuifmodi demonis Apoftholos, animarum raptores, & fuae Incarnationis contemptores immifericorditer inveniret, & pœnas repofcet. Quæcumque malo alius alium exemplo, verbo, blanditiis, aut negligentia ad peccatum inducit, vitium prædit, ait hæc fuper Re Doctõr Seraphicus, (S. Bonav. Serm. 2. in Ferr. 2. Pent.) Vah! inquis, ego illud peccatum non ipfus commiffi? quid tum? ergo pœnas non promerui? Nego confequentiam? loqueris adiantur illius Tympanotribæ, qui cum in prælio capus una cum ceteris militibus occidendus effer, excufare fe obtendere cepit: ego gladium non hinc, neminem hoftium interfeci! Efto ita, repofui militis; tamen reus es mortis, quia tympano hoftes ad pugnam animaffi! ficque adducto per vilcera ferro illum finus fecit.

2. Propofitio. Agite, Chriftiani mei, ut ceptæ materia ordinem teneamus, loquamur de quarto peccato alieno, quod committitur Irritatione! Explicandum erit, qua ratione hoc peccatum verbo, opere, & exemplo perpetrari folet, & quas pœnas potè fe irahat, & quomodo illi repugandum fit. De hoc peccato ita loquitur Venerabilis P. Canifus, de peccat. alien. §. 6. Per Irritationem alienæ militie cooperamur, cum fcienter aliam ad iram, vindictam, blafphemiam, crudelitatem, aut confimilia vitia, five dicitis id fuo, five factis, aut quæcumque alia ratione provocamus. Favete!

§. I.

3. Confirmatio. Peccatum irritationis in primis committitur verbis fceleratum illorum, de quibus S. Apoftholorum Princeps enunciat, (2. Petr. 2.) quod

quod sint *pellentes animas*. Poetae, (*Boyerling in Theat. V. Eloquent.*) ut Herculis eloquentiam symbolicè dilaudarent, pingere illum volebant cum perforata lingua, à qua aurea catenula in magno numero prodibant, quibus auditorum animos vincula: ad indicare hac pictura voluit, Herculeum tam eloquentiæ suadæ fuisse, ut auditorum corda in partem, quam volebat, nunc ad bellum, nunc ad pacem, nunc ad voluptates trahere poterit. Oh quot ejusmodi Hercules inveniantur, proh dolor! in mundo, qui blandiloquentia, & verbis officiosissimis benevolentiam aliorum captantes nihil aliud intendunt, quam ut illos in vindictæ, in luxuria scelera, & in demonis retia trahant. Horum omnium antesignanus est infernalis Lucifer! In principio, quando Deus calum & terram, & præcipuis numeras Angelorum myriades ex nihilo produxit, simul illis Dei Filium cum tempore humanam naturam assumpturum, & in stabulo nasciturum revelavit, voluitque ut hunc tanquam suum Dominum ac caput humiliter adorarent. Conscendere plurimum, verum Lucifer naturæ suæ pulchritudinis intuitu indignum nativæ, quod humana nature subici debet, non solum præcepto Divino resistit, sed & alios Angelos in partem rebellionis traxit, *non quidem cogens*, prout loquitur Thomas Angelicus, p. 1. q. 63. ar. 8. *sed. quodam quasi exhortatione inducens*, & ideo vocatur princeps tenebrarum; quia sua hac exhortatione ceteros Angelos in æternas gehennæ tenebras pertraxit. Sub hoc Principe & antesignano deo in stipendia fecit uxor Jobi; quæ maritum alias patientissimum, & tam in prosperis quam adversis Deo grates referentem ad blasphemias concitavit, horata, ut Deo malediceret, & mortem sibi ipsi imprecaretur. (*Job. 2.*) Sub hoc principe & antesignano stipendia fecit Phœnœa Eleana secundaria uxor, quæ quia ex Deo dono prolihus fecunda fuit, Annam primariam sed sterilem Eleanæ conjugem sarcasmis & exprobrationibus adeo irritavit, obijcens illi sterilitatis ignominiam; ut Anna, nisi fuisset femina perquam religiosa & Deo devota, in impatientias & blasphemias potuisset erumpere. (*Num. 31.*) Sub hoc principe & antesignano stipendia fecit impura Putipharis uxor, quæ innocentissimum Josephum ad turpissimum facinus, apprehendo etiam violenter illius pallio pellexit. Sub hoc principe & antesignano stipendia fecerunt mulieres Madianitæ, quæ Israelitis in liminibus sue regionis adventantes ad turpissima facinora invitavit; quo propter Deum præcepit Moysi, ut principibus, quorum conscientia hæc crimina congerunt, in partibus suspensis, Madianitarumque viros, quam mulieres immisericorditer omnes deleteret, & extirparet.

4. An hodieum adhuc inter Christianos supersunt, qui cum in morem sub Lucifero stipendia faciunt? supersunt utique: & in primis quidem Filii Familias aut famuli, qui peribant, immoigeri, & oblati verba con-

tumeliosa parentibus & superioribus in faciem obijcunt, eosque ad iracundiam, ad juramentum, & blasphemias incendunt. Secundo pueri ac puella, qui homines seniles & simplices ludificant; aut etiam socios in re, quam ægerime sustinent, vexationibus, & sanis adeo exasperant, ut imprecationes exinde, & nonnunquam diuturnæ inimicitie consequantur. Tertio, qui alios in convitiis, & computationibus ad inconditos haultus, aut in altercationibus & dissidiis ad arma, & duella provocant. Quarto, qui inter conjugatos optime sibi consentientes zelyotipis & dissensionibus iniquissimis insurrectionibus adeofuscitant, ut nonnunquam ad divorcia, & irreconciliables hostilitates res devolvatur. Quinto, qui vias publicas non reficiunt, & ideo aurigis, & vectoribus ex impatientia jurandi ac blasphemandi occasionem præbent. Sexto, impari lenones, qui blanditiis & promissionibus sexum alterum nimis credulam ad nefas invitant. Septimo, qui lascivos, & venereos spirantes libros aut cantilenas componunt, vendunt, emunt, impriment, retinent, aut in manibus liberorum vel subditorum relinquunt, quorum additione vel lectione innumerabiles animæ depravantur, & pereunt. Octavo denique parentes, qui asperis verbis, & verberibus filios tam dure domi tractant, ut illi ad aliena, si non hæretico-verum servitia, non sine depravationis periculo fugere cogantur. Generosissimus David, (*1. Reg. 26.*) cum dormienti Saul hastam & scyphum aquæ abstulit, & dein clamore, quo Beludicum Abner compellavit, dormientem excitavit, inter alia hæc verba locutus est Regi Saul. *Maledixi in conspectu Domini, qui sperant me holie, ut non habitem in hereditate Domini, dicentes: Vade, servi Diti alienis.* Si omnes Regum libri evolvantur, non erit invente aliquis, qui Davidi unquam suaserit, ut Diti alienis serviret: quo jure ergo id allerit David? Theodoretus & Procopius in hunc locum arbitrantur, qui id dixerant non *verbis, sed factis*; eo ipso enim quod cogierit David fugere ex Jarda, ansam illi præbuerunt transfugendi ad Philistæos, alisque gentes, apud quas in non exiguum idololatrandi periculum lapsus est. Oh quoties parentes præsertim vitrici & novercæ despotica nimis austeritate filios & domibus expellant, quo dein fit, ut illi inopes, derelicti, & inobediens in alienas Regiones transeant, & in pudenda quarvis scelera prolabantur. In cujus animam hæc scelera redundant? in animam parentum; isti una cum filijs sua culpa pessime depravatis, interibunt. Pergamus ad alteram partem.

§. I. I.

5. Dein peccatum Irritationis non solum verbis committitur, sed etiam & quidem multo periculosius opere & exemplo; si enim teste Antonio p. 4. tit. c. 12. §. 2. *trahebat frangilia*

huic humana, ut ad *stibulum unius verbi delincentur*, quanto magis deijcitur ab exemplo, cum ex communi parentia verba quidem moveant, exempla autem trahant. Qui acupio vacant, habent cantatorias, seu ut vocant, deceptorias aves, quæ dum in cavels suaviter cantillant, incautas aviculas advocant, quæ in numerosa multitudinè advolantes glutinosos virgultis, aut bifurcato baculo, aut delitescentibus laqueis insident, capiuntur & pereunt. Hæc eadem est ars, & astutia orcinii acupis, diu noctaque studet capiendis animabus: ut autem improvidas decipiat, utitur deceptoris avibus, quarum opera innumerabiles alie in retia illabuntur. Quænam sunt ejusmodi aves deceptorie? Sunt in primis illi, qui innocentes, & pauperes animas pecunia, cui *obediunt omnia* (*Eccl. 10.*) ad Apostasiam, ad luxuriam, aliasque scelera alliciunt. Deinde pictores, sculptores, calcographi, & alii artifices, qui statuas ac imagines pudendas citra scandalum, & multorum spirituum ruinam non aspectabiles, consiciunt. Denique & præcipue evandæ mulieres, quæ procaci & impudico nimis vestitu aspicientium oculos animalique luxuria veneno intoxicant. Finxerunt veteres olim in mari Siculo inventas fuisse Syrenes, id est semipitices, & semi-virgines, quæ amensissimum cantu, & instrumentali etiam musica navigantibus blandiebantur: verum cum incauti contentus suavitæ detenti obdormiscerent, Syrenes navigia confendebat, omnesque homines miserandum in morem jugulatos devorare solebant. Fabulam hæc esse credo, sed symbolicam, quæ ad mentem cupiditatis auctoris (*Colep. in Onomast. V. Syren.*) *scæviam veritatis meretricis* intelliguntur, id est, effrontes, impudentes, & lascivæ illæ demonis ministræ, quæ dum ad morem sæculi, ut ajunt, pudendo vestium ornatu luxuriose incedunt, simul ad morem diaboli innumerabiles animas æternaliter perimunt. Non aliam sortem incurrent hæc misera, quam quondam Jeroboam, qui quia idola erexit, ut populum a frequentatione templi averteret, filius ejus primogenitus statim extinctus, & tota familia una cum illo deleta fuit: *Propter hæc causam peccavit domus Jeroboam, & versa est, & delicta de superbie terra.* (*3. Reg. 13.*)

6. Necdum malorum finis, peccato irritationis vel maxime peccant parentes, superiores, principes, & alii, qui pessimo lascivæ vitæ exemplo subditos depravant, & ad sui sequela trahunt. Finito diluvio (*Genes. 3.*) benedixit Dominus Noem, & ejus filijs, illisque carnes cunctarum animantium in cibum concessit, ubi mirabilem annotationem facit S. Gregorius Nyssenus, inquit, animalia, cum homines viderent comedentes carnem, etiam ipsa carnem appetivisse: verba S. Patris hic in Genes. sunt: *Comedente Noe cum suis carnes, reliqua animalia carnes comedendi licentiam nati sunt, & ex eo tempore caro crudivorus est, & vulvurus cadaverum avidi.* En! vix obtinuit Noe licentiam

comedendi, etiam animalia hoc privilegium in suum favorem traxerunt. Sed quod homo facit, ex dispensatione Divina fit? quis animalibus licentiam dedit? nempe quia viderunt homines carnem discerpere, & comedere, etiam ipsa discerpunt, & comedunt. Rex David, (*2. Reg. 11.*) ubi Bethsabee deperit, comedit vitætam carnem, & ut liberius sibi viam comedendi aperiret, Uriam Bethsabeæ maritum interfici jussit. Oh quis non ex pessimo Regis exemplo mala maxima prognoscit? subditi enim formabant hoc argumentum: si Rex nosher comedit carnes, quid ni & nos? nam teste Cypriano *adulterium dicitur cum videtur.* Quis erat occasio tot carnalium peccatorum, tot adulteriorum, & impuritatum, quam David? sciebant filii patrem carnem manducasse, & quanta ex scandaloso facinore exorta luxuria? Amara non primogenitus ejus oppressit forem Thamar: Absolon ingressus est ad concubinas patris sui coram universo Israel: Adonias præcepit Sunamitidem in uxorem, quæ fuerat uxor Davidis: Salomon totus quantus in prædam datus est impuro amori erga mulieres Moabitidas, & Ammonitidas: quælo, unde est luxuria carnium tam frequens in familia David? ab exemplo patris, & unde hodie tot fornicationes & adulteria, ut quasi licita esse videantur? unde? ab exemplo superiorum & parentum? isti a carne non abhærent, ideo filii & subditi etiam sibi licentiam comedendi carnes competere arbitrantur, & sic ingentia scandala per integram familiam, imo per integram regionem extenduntur.

7. O quam terribile irati Naminis supplicium incurret infelix ille, qui primus tot subsequendum scelorum fomitem suscitavit? nimis enim quam verum est S. Bonaventuræ Luc. cap. 17. pronunciatum: *Cum quis malo exemplo vitam proximi occidit, & iste ideo morte dignus efficitur.* Vultis hujus rei exemplum? Cum saltuosus Rex Pharaon (*Exod. 14.*) cum suo exercitu filios Israel usque ad litus rubri maris persequeretur, Moyses elevans manum virga sua mare percussit, & ecce! in medio maris semitam aperuit, ita, ut aqua iustis mari a dextra & a sinistra stante populus sicco pede transiret, adeoque integram mare Moysi & populo ad terram promissionis proficiscenti non potuit resistere. Verum quid contigit in deserto Sin? ibi cum populus adventans aqua indigeret, Deus misericordia erga sitentem populum motus præcepit Moysi, ut prodigiola virga petium percuteret. Fecit Moyses, quod iussus est, & ecce! ex sicca rupe *egressi sunt aque largissimæ*, (*Num. 20.*) quo facto Moyses & Aaron ex irati Naminis ore auditit terribilem sententiam: *Non intoducatis hos populos in terram, quam iurabo eis.* Res mira, & magna! exiguis aquarum rivulus Moysen ab ingressu terre promissa impedit, quem impedire non potuit integram mare. Quid quælo deliquit Moyses? Sacerdos interpretis varias asserunt rationes, verum Aba.

sub alas congregare voluisset, advocantur, perventurum, & in interitum dantur.

2. *Proposito.* Sicut enim hodie capto differendi de quinto peccato alieno, quod committitur laudatione peccati, ubi etiam, quoniam eandem materiam videtur incidere, de irrisione, seu ludificatione virtutis mentio fit. *Duo sunt genera profectorum, ait S. Aug. in Pl. 69. utriusque generis profectorum.* Sed dic magis Ecclesia Praful, quina sunt nocentiores? quos magis fugere, & averfari oportet? *Plus nocet, pergit S. Doct. lingua adulantium, quam manus persequentium.* Videmus, quae documenta causet! Favete!

§. I.

3. *Conferentio.* Imprimis cum de inani hominum laude differamus, sciendum est, etiam ipsam virtutem in faciem laudari, rem esse periculosam, ita enim comparati sunt hominum animi, ut quos temporalis afflicto, aut periculo necesse non potest, nonnunquam aura humani favoris seu adulatio in transivum agat. Sicut Chronista ubi de temptatione Christi in deserto facta commemorat, tandem narrationem summi his verbis concludit: *Cosumata enim erat cadine diluio, respicit ab illo, usque ad tempus, (Ecc. 4.)* Usque ad tempus? quale est illud tempus quo diabolus redintegrato certamine cum Christo denovo in arenam descendit? S. Petrus Chrysologus ferm. 17. putat hoc Evangelista affectum intelligendum esse de tempore, quo Dei Filius venit in regionem Genesiorum: ibi obviam habuit demoniorum legionem, quae cucurrit, & adoravit eum, clamans voce magna: *Jesu Fili Dei altissimi, adoro te per Deum, ut nos salvetis!* (Marc. 8.) Mirabilis rerum mixto! quid est, quod infernalis inimicus, qui ante Christum trina temptatione provocavit ad lapsum, jam illum contremiscentem ac prociudans adoret? nimium rationem subnequit inde aureus Ecclesiae Doct. Crediti insulter, quod cum, quem manibus requirit insultere, possit saltem aulatione iustare. Hoc belligerandi modo, videlicet adulando, voluit astutissimus hostis referre damna, qui in deserto, in monte, in templo pinnaculo passus fuerat. Sic hodie dum aegere amat diabolus, quem decipere nequit fraude, sternere laborat laude, & plerumque etiam ipse hominem in peccata non precipitet, saltem id efficit, ut operum virtuosorum merita illi suffuretur & perdat. Ideo S. Greg. Mor. l. 6. lingua adulatorum comparat localis, sicut enim locuste in terra Aegypti olim herbam virtutem radicibus devorant; ita lingua adulantium, si bene aliquando profertur conscientia, hoc immostrare laudibus corrumpunt.

4. Deploabilem casum nobis ante oculos ponit Jeremias Propheta: c. 17. describit olivam uberem, palestram fructiferam, & speciosam, & ecce! cum nihil minus expectabatur, in momento oculi, ad vocem loquela, grandis exar-

dit, ac facta omnis, seu iusta seu injusta fuit, sine in emolumentum, sive in opprobrium subditorum cedente, tanquam aquilina depredicant, non aliam illi fidem, quam ut favorem Principis acciperent, & crumenam agerent. Dicitur de Carolo VIII. Galliarum Rege, (S. Mauri. Noster. Ordo Capite. de Adultis.) quod extrema agritudine decubens, & cum Bernardo cubiculario suo de morte, de vanitate rerum mundanarum, alisque id genus rebus collocutus inter alia illum interrogavit: scis, mi Bernarde, quae causa fuisse quod tam pauci Reges sanctificentur? tacene, & labia ac humeros subtrahente Bernardo tandem ipse Rex subtulit: Haec causa est, quod parasitis ac adulatoribus, quos numero circum se habent, liberales adeo aures praebent. Et vero rem aequi testis sapientissimus Rex! Valis rationes? 6. Ratio fore praecipua est, quia aliena laudatio peccatoris conscientiam quasi callosam, ac insensibilem reddit. In veteri Testamento vix quidquam severius prohibuit Dominus Deus, quam sacrificium Moloch, adficiens terribiles minas: *Signis deditur de semine suo idolo Moloch, morte moriatur, & pedus terra lapidabit eum.* (Levit. 18.) Quid ergo Domino Deo in hoc sacrificio usque adeo dupliciter? Percipite explicationem Abulenfis: Moloch erat idolum ex metallo fufum, intus coactum, quod supposito igne totum quantum inflammabatur, & quando in i ferris in cibano cadebat, tunc in unguis monstris reponebatur innocens infantulus: hunc quanto cum dolore tam misera proles, quam afflicta matris, quae praesens adfere debebat! quid porro? Ne parentes lamenteabilem ejulatum concremata proles audita perciperent, solebant flammis & sacrificiis inconditam lituram ac filularum mactem excitare, ut voces prostrati mortentium non audirentur; (verba sunt laudati Abulenfis in Lev. 18. qu. 8.) in synopsi & aliis multis instrumentis magis voces reddant. Ex quo argumentum capio: Si heretici thibices & phonaci deficiunt, auditus fuisse miserabilis prostrati innocentis victimae, & sic detestabile sacrificii genus facile fuisse abrogatum. Causa ergo praecipua, cur abrogatum non fuerit, fuerit impostores illi, qui tumultum musicalem excitant. En mi Christiane, quae causa fuerit, quod Dominus Deus sacrificium Moloch usque adeo detestatus sit, ut in illud lapidationis supplicium decreverit. Simul adverte, peccatum esse estumidi sacrificium, quod peccatores animas suas demonio immolant! ardet hic aliquis invidia, ardet ibi alius luxuria, ardet ibi tertius vindicta! Quid ad haec conscientia? non obmutescit, sed instat afflictae matris prolem suam deplorantis dolet, clamat, & contra protestatur, & hoc est singulari Divinae Providentiae artificium, quod Deus omni perversa adioni, quae Deus & sanctissima eius lex contemnitur, iniquissimum conscientiam annexerit, cupis simulacris ac remota se-

§. II. Secundo, illis qui laudantur propter peccata.

5. Quinae autem sunt, qui laudant, & laus dando alicui peccati se participes faciunt? Respondeo, imprimis sunt illae Matres, quae filias superbiebant, ac saepe lascivas ab evanidofitium ornato, quo alios pervertunt, non tantum non cohibent & reformant, sed instigant, ac sibi complacent. Secundo peccant, qui proximum contra inimicos vindictam spirantem, eoique pugnis ac verberibus graviter facientem de generositate, ac fortitudine laudant, & extollunt. Tertio peccat, qui proximum postquam adversarium iniusta lite fraudulenter oppressit, de astutia, & sagacitate celebrat. Quarto peccat, qui hominem impurum spurcissimam facietis non sine scandalo pusillorum emittentem ingeniosum vocat. Quinto peccat, qui hominis avari, & in terrena demerit faciliatias ac usuras tanquam laudabiles indultus approbat. Sexto & maxime peccat alicui, qui principis dicta,

ditae, ac facta omnis, seu iusta seu injusta fuit, sine in emolumentum, sive in opprobrium subditorum cedente, tanquam aquilina depredicant, non aliam illi fidem, quam ut favorem Principis acciperent, & crumenam agerent. Dicitur de Carolo VIII. Galliarum Rege, (S. Mauri. Noster. Ordo Capite. de Adultis.) quod extrema agritudine decubens, & cum Bernardo cubiculario suo de morte, de vanitate rerum mundanarum, alisque id genus rebus collocutus inter alia illum interrogavit: scis, mi Bernarde, quae causa fuisse quod tam pauci Reges sanctificentur? tacene, & labia ac humeros subtrahente Bernardo tandem ipse Rex subtulit: Haec causa est, quod parasitis ac adulatoribus, quos numero circum se habent, liberales adeo aures praebent. Et vero rem aequi testis sapientissimus Rex! Valis rationes? 6. Ratio fore praecipua est, quia aliena laudatio peccatoris conscientiam quasi callosam, ac insensibilem reddit. In veteri Testamento vix quidquam severius prohibuit Dominus Deus, quam sacrificium Moloch, adficiens terribiles minas: *Signis deditur de semine suo idolo Moloch, morte moriatur, & pedus terra lapidabit eum.* (Levit. 18.) Quid ergo Domino Deo in hoc sacrificio usque adeo dupliciter? Percipite explicationem Abulenfis: Moloch erat idolum ex metallo fufum, intus coactum, quod supposito igne totum quantum inflammabatur, & quando in i ferris in cibano cadebat, tunc in unguis monstris reponebatur innocens infantulus: hunc quanto cum dolore tam misera proles, quam afflicta matris, quae praesens adfere debebat! quid porro? Ne parentes lamenteabilem ejulatum concremata proles audita perciperent, solebant flammis & sacrificiis inconditam lituram ac filularum mactem excitare, ut voces prostrati mortentium non audirentur; (verba sunt laudati Abulenfis in Lev. 18. qu. 8.) in synopsi & aliis multis instrumentis magis voces reddant. Ex quo argumentum capio: Si heretici thibices & phonaci deficiunt, auditus fuisse miserabilis prostrati innocentis victimae, & sic detestabile sacrificii genus facile fuisse abrogatum. Causa ergo praecipua, cur abrogatum non fuerit, fuerit impostores illi, qui tumultum musicalem excitant. En mi Christiane, quae causa fuerit, quod Dominus Deus sacrificium Moloch usque adeo detestatus sit, ut in illud lapidationis supplicium decreverit. Simul adverte, peccatum esse estumidi sacrificium, quod peccatores animas suas demonio immolant! ardet hic aliquis invidia, ardet ibi alius luxuria, ardet ibi tertius vindicta! Quid ad haec conscientia? non obmutescit, sed instat afflictae matris prolem suam deplorantis dolet, clamat, & contra protestatur, & hoc est singulari Divinae Providentiae artificium, quod Deus omni perversa adioni, quae Deus & sanctissima eius lex contemnitur, iniquissimum conscientiam annexerit, cupis simulacris ac remota se-

plissime factum est, ut peccatores lancinantibus animi aculeis ferendis impetores, excusio iniquitatis iugo cum Deo reconciliati sint. Quid autem agunt adulatores & laudatores? vices agunt mactificorum, excitant applausum, ut conscientia lamenta non audiantur; *Thibices sunt adulatores,* ait Rabbanus Matth. 9. ibi peccatores exhilarant, in malo firmant, a iunctae, non esse curanda parentum, Concionatorum, & Confessoriorum hortamenta, peccata non esse adeo gravia, Deum non esse irremediabilem, infernum esse poparum signum, & quae sunt similia! Parent in modum hi ipsi thibices apud Parentes pro filiis delinquentibus intercedant: cum filii res furivas domum afferant, cum impudice convalescentes deprehendantur, cum die noctuque extra domum versantur, cum delicta sua enormibus mendaciis purgant, cum infinis & inconfutis parentibus sponti fiant; mox illi, prout advertit Doctissimus Salmeron (in Evange. T. 6. tit. 16.) parentum iram mitigare, & filiorum delicta extenuare incipiunt: *Gravem culpam non esse, acari peccatumque, esse improvisi contigit, & quae sunt alia id genus? quid autem fit? sic conscientia tam parentum quam filiorum occalescit, & in malo ire audacior, peccandi temeritas crescit, timor Domini extinguitur, peccati gravitas contemnitur, de malo in pejus proceditur, & tandem eo nequitie devenitur, ut peccatorum pro alienas laudes dementato vix superfit conversionis remedium: *Valde dissimile est,* ait hanc in rem S. Gregorius in illud Prov. 1. si te iactaverit peccatores ut ita, quem adulantium lingua excipiunt, a mentis sua morte revoctur.*

Gregorius Mor. l. 18. c. 4. *Qualis male ageribus adulatur, pulvis sub capite, & cubile in comitibus penit, ut qui corripit ex culpa delinens, in eo salus laudibus mellis quiscat.* Iltis ergo adulatoribus vix comminatur Dominus, qua valedictoria in scripturis ordinarie eterna damnatio subaudiatur.

III. Tertia, illi qui *visu peritiam a pietate.*

8. In eandem poenam incidunt, qui non solum perperam facta laudant, & extollunt, sed (quod idem delicti genus est) virtutem ac bonorum operum exercitationem rursus explodunt, & ludificant, eaque animas, quae altiori spiritu agitate terrena despiciunt & ad caelestia anhelant, tanquam bardas & humano consortio prorsus indignas despiciunt. Cum Carolus V. Romanorum Imperator (*Men. cont. 3. c. 36.*) in medio terrena felicitatis cursu se regno abdicaverat, invidibile est, quam mordaciter ubique locorum super hoc factio fuerit sagillatus: aliqui opinabantur, Carolum scepro ac regno renunciante, ob impatientiam morborum: alii dicebant illi factum fuisse ob felicitatem Henrici Galliarum Regis, quam formidabat: iterum alii parabant fuisse desperationem aut verendum, quia Divodurum armis expugnare non poterat. Denique alii, fuisse remorsum conscientiae obspugnantem Romanam, & captivum Christi vicarium. Denique rursus alii, factum fuisse ex ambitione, ut videlicet mundo demonstraret, se non solum dominari regnis, sed regna etiam contemnere posse. Sic hodieum querti amat; non est aliquid opus bonum, quia statim ejusmodi fugillatores accedant, illudque carpant, & taxent, dicentes, esse hypocritam, esse scrupulositatem, esse anxiam & delirantiam animi exorbitantiam, & que sunt similia.

9. Cum caelestis mundi Magister Apostolus suis revelavit appropinquare tempus, quod ad mandatum Divinis Patris passionem suam ordiri, & a gentibus ac Judaeis captivus duci, & flagellari, spinis coronari, illud ac crucifigi deberet, contristati sunt Discipuli, Petrus veroprae alius convectus subtulit: *Alia a se Dominus! non erit tibi hoc!* (*Matth. 16.*) quibus verbis dicere voluit, ut es Christus Filius Dei vivi, non deest tuam Majestatem, ut tam indigna a visibilis homuncionibus patiaris, quia potius auge, honori tuo consule, & tevocatis etiam Angelorum exercitibus contra inimicos defende! quid responsi retulit Petrus? *Vale post me satanas, respice Christus, scandalum tuum mihi, quia non scio an, que Dei sunt, sed qua sunt hominum.* Eam grandem indignationem! Petrum fathanam vocat; neque id mirum, ait S. Hilarius, quia insinctu diaboli voluit Dominicam passionem, mundo tam salutarem, Christo tam gloriosam impedire. O quot ejusmodi fathanae hodieum involuntur in mundo, qui sicut in seipis perversissimi sunt, ita & alienam virtutem equo modo inveni non possunt. Praecipue autem cogit

qui a via iniquitatis ad Deum ferre praemittunt reveruntur, praeter ceteris lusu habent, dicentes, esse melancholicos, esse extaticos, esse enthusiasticos, esse atra bile agitato: quibus sanas & sarcasmi nonnunquam efficiunt, ut imbecillis anima ferendis ejusmodi illusionibus impar in pristina peccata relabatur, & sic in illa calo tristite, inferno plaudente Dominicae passionis pretium aternaliter pereat. O quanto suo malo!

10. Dominus Deus grandi olim iracundia exarsit contra Amalecitarum gentem, inquit: (*Ex. 17.*) *Delitio memoriae Amalech sub calo.* Praecipit insuper Moysi, ut insulam gentem ferro & flammis exterminaret, quod praecipit denique a Rege Saul executioni datum est, regione Amalecitarum, eorumque urbibus, pagis, piscuis, hominibus, & pecudibus funditus everfis. Quae unde tanta Dei indignatio contra huic populum? an ex eo, quod Amalecitis populo Israel ad terram promissam in Aegypto itineranti in via resistit? Omnino hoc erat illorum delictum, sed duplici circumstantia notabiliter aggravatum; nam primo Amalecites fuerunt cum Israelitis proxima consanguinitate conjuncti, quia Amalech fuit oriundus ex Eiphaz filio Esau, qui Esau frater Jacob, a quo tanquam suo genitore Israelitis sanguinem ducebant: ergo omnino inconveniens erat, ut amicus, & consanguineus eodem stemmate prognatis sese opponeret. Secundo Amalecites fuerunt primi, qui contra itinerantes Israelitas arma arripuerunt; nisi enim scriptura ait Num. 24. *Principium gentium Amalech, ibi Chaldaica verso sic habet: Principium bellorum Israel Amalech:* consequenter hac periculatione non solum efficere facile potuissent, ut Israelitis necdum procul a terra Aegypti distantibus bellorum metu illos reverterentur, sed insuper hoc scandaloso exemplo sanctis gentibus ansam praeberent, pariter arma contra Israelitas arripendi, eosque persequendi. Non mirum proinde fuit, quod Dominus Deus terribilem iram contra sceleratam gentem conceperit, ejusque perniciem ac exterminium in saeculis poenam decreverit: *Delitio memoriae Amalech!* Audiamus hac de re Abulensem, in 1. Regul. 15. quae 2. *Magis peccavimus Amalecitas, eo quod ipsi pugnaverunt primum contra Israel, quam omnes alia gentes, & in hoc deterrunt occasione aeternis gentibus pugnandi contra Israel.* En mi Christiane, quam damnabile, & Divina indignatione dignissimum crimen sit illi, qui ad promissam aeternae beatitudinis patriam perigrinantur, in via obditeret! est furtiva pietas penitens anima, quae ex Aegypto ad virtutis & Christianae perfectionis castra transire desiderat, & quoniam pristinae fragilitatis sibi fat conscia est, jam post exipiat conscientiam a periculo consortis abstinere, domi in solitudine sacra lectioni vacat, foris colas curiositate refronat, in dictis fastidique modestiam spirat, ac fatis temporibus Sacramenta frequen-

tat. Tu rides insperatam metamorphosin, & animam illam in femina virtutis magnis passibus gradientem illusionibus & verborum aculeis ab extemporanea, ut ais, sanctitate ad pristinam familiaritatem, ad jocos, ad nugas, ad choreas, ad scelera revocas. Scis quid agas? imprimis animam illam in periculum conscis, ne ex injuste vexationis impatientia in Aegyptum veteris nequitiae revertatur: deinde aliis etiam ut suspirans nugaribus ansam praebet, ut & ipsi virtutem perulantem persequantur, & innumeralibilia pietatis opera, Deo tam asstimabili, & ad salutem tam proficua praependant, estque hoc peccatum coram Deo tanto abominabilius, quia committitur ab homine Christiano, qui cum altero, quem persequitur, quasi amicitiam & consanguinitate conjunctus, id est eodem sanguine Divini Redemptoris emptus, eodem gremio filivice Ecclesiae educatus, & eadem carne & sanguine Christi pustus est, consequenter vi fide conditionis potius Deo ad conversionem animarum, quam diabolo ad earudem perperationem cooperari deberet. Vix ejusmodi irrisoribus! quemadmodum enim praecipit olim Deus, (*Ex. 21.*) ut si opificem vulneraverit, non tantum expensas in chyrurgos & medicamenta factas, sed etiam officii interim neglecti damna faciat; ita qui hominum aliquem aut aliquam in spiritualem aegritudinem incidere fecit, non tantum illa scelera, sed etiam merita omnia coram Deo perolvere debet, quae ille interim, si in peccato non fuisset, lucraturus erat, prout hic discit zelosissimus Dierz conc. 2. Dom. 8. post Pent.

11. Epilepus. Tu ergo, mi Christiane, observa triplicem, quem tibi descripsi, inimicum sub schemate amici larvatum, de quo merito illud Dierz Gregori l. 4. Reg. Jud. c. 82. u. suspicavero: *Tanto magis hostes eruditi sunt, quanto magis laudibus adulantur.* Primi generis sunt, qui de virtute tibi blandiunt; secundi generis qui seclera in te approbant; tertii generis illi, qui virtutem improbant. Tu ad consilium Divi Hieronymi Ep. 14. ad Celant. omniam trium genera *velut quosdam animi pestes fuge, & primo quidem si sint, qui tibi ob praclara ac indigna facinora blandiantur, cogita, hac esse blandimenta ad morem eorum carnicum, qui coram Christo genuflexi illum ludibrie habuerunt, de cetero die tecum ipso, abist a me, ut pro inani humanae laudis aura interminabile calcitris gloriae praemium venale habeam: Non noisit Dominus, non possit, sed nominis tuo da gloriam.* (*Id. 112.*) Deinde si in te incurrant, qui pariter indigna, & aeterna poenitudine digna opera deprecant, cogita, hos laudatores similimos esse illis veneficis, de quibus Olaus Magnus l. 1. c. 7. hilt. septentr. testatur, quod laudando & homines, & pecudes soliti sint intoxicare, dicebant, quam speciosus homo, quam utile pecus, quam amoenum viretum, & hac loquendi formula subilo omnia emarcere, ac destructa sunt: ita illi si approbent in te, quod virtuosum

est, & gratiam, & Dei amicitiam, & caelestiam, & totam aeternitatem tibi suffragant, in felicissimum te sine fine faciunt. Denique fruent, qui virtutem in te carpant ac fugillent, cogita esse ululatum nocturnarum & upparum, quae lucem quam sustinere non possunt, averfantur, & constant in animo tunc illam Divae Birgittae guomen, qua illa ejusmodi nocturnas, id est suae virtutis laudificatores rejectit. Propter te non coepi, propter te non desinam. (*In Vita S. Birg.*) Amen.

In Fello S. Joannis Apostoli & Evangelista, CONCEPTUS XLII.

De sexto Peccato alieno, videlicet Subticitatis. Dixit ei JESUS, sic cum volo manere, quid ad te? Joan. 21.

Tacere ad aliena peccata grande vitium est. Quis quilibet Christianus amos Dei & proximi tenens peccatos corrigere, nisi gravissimum peccatum velit incurere.

1. Tacere & virtus & vitium est: Virtus est, cum subticitatem illi, quod in praedictum proximi caelestis, aut puri vergit ad pacendam alterius curiositatem, cujus utriusque exemplum habemus in hodieo Evangelio. Cum Dei Filius in ultima coena revelasset Evangelium, ex Apostolico Collegio fore suum proditorem, mox omnes anxie insite coeperant, nunquid ego sum? Christus autem tacuit, neminique asfartium hominem detexit, nisi solum illi Discipulo, quem diligebat, qui se recebit in coena super petrus eius, & ait: *Dominus quis est qui tradidit te?* (*Joan. 21.*) Cur autem tacuit Christus? quia revelatio arcani, quod Apostoli scire cupiebant, vergebat in praedictum, & diffamationem Icaritosis. Ulterius cum hodie Petrus, quem Iudei Filius ad sui sequalem vocabat, intuens Joannem interrogabat ex Domino: *Hic autem quis? nil aliud illi retulit Christus praeter illud: Quis ad te fact? quare? quia interrogatio Petri parit & unica tacet, quae ad pacendam ejus curiositatem.* Tacere ergo in ejusmodi circumstantiis virtus est: ideo in Evangelio legitur, Christum, qui triginta omnino annis absconditus fuit, etiam tum, cum ad Divinae legis promulgationem in publicum prodibat, fuisse praefertim in loquelis: Beatissimum etiam Dei Matrem non nisi quateris vicibus, videlicet cum Archangelo Gabriele, cum cognata Elisabeth, cum Divina sua Prole in templo, & denique cum Annulis in nuptiis Cana Galilaeae ferociaciarum fuisse, qui moderatae labia sua, prudensissimae ostendit, ait facer Proverbia. (*Prov. 10.*) E diverso tacere etiam vitium est, tunc nimium, cum aliena peccata, quae manifestando, corrigendo, aut corrigendo impedi possunt, aut debent, tacendo dissimulantur, sed prout loquitur Venerabilis Canisus in Catec. de peccal. gen. 8. cum inemptisurum nostram silentium serv. subit, *Proce cuius alteri asfert detrimendum, & si decendi, moventur.* P p 3

corripit nisi incumbit, dum prodesse possimus sine ulla causa cessamus. Quinam autem sunt qui peccaminoso hoc silentio animam plerumque contaminant? sunt in primis Superiores, Principes ac Magistratus, qui in populo immoderatas commellationes, lusus, otia, ufuras, injustas lites, pauperum oppressiones, aliaque scelerata perbene sciunt, & malo remedio non ferunt. Secundo Concionatores, & Confessarii, qui sine humano respectu, sine lucri amore, aut alio humano motivo ad publicas morum corruptelas velut muci canes silent. Tertio, Parentes & Patres-Familias, qui filiorum, aut filiarum, famulorum aut famularum juramenta, blasphemias, ebrietates, impudicitias, nocturnas evagationes, suspecta consortia, aliaque crimina non carpunt, non corrigunt, non castigant. Quarto ipsi famuli & ancillae, qui sciunt famulos, & co-ancillas esse furcis, rapinis, nocturnis evagationibus & impudicitias deditas, & ea vitia dominis, aut dominabus, qui malo mederi possunt, non indicant. Hi omnes censuram incurunt Mellissii docentis de Nativ. S. Jo. Bapt. Silere est consentire, cum arguere possis. *Proposito.* Igitur opere pretium est, ut de hoc sexto peccato agatur, quod *Subditorum* committitur, plura differamus, explicemusque, quae ratione hoc peccatum contrahatur, & quam penam contrahat olim plenus timore & anxietate factus c. 6. ubi ergo, quando, & in quibus circumstantiis tacuit? Vidit impiam Regem Oziam in templum irruentem, vidit Sacrificia idolis offerentem, vidit scandaloso suo exemplo subditos pevertentem, & tanta impietate se non opposuit. Tacuit *Isaias inordinatè*, (ait hunc in locum Dionysius Cartusianus in *Isa. 6.*) quando Regem Oziam de sua *presumptione non satis anathematis corripuit. Næ ejusmodi obtulissentibus Prophe- tis Favete.*

3. *Confirmatio.* Profecto decumanus error magnam Christianam populi partem dementat, eos videlicet, qui insigne magno dæmone sibi perscrutant, correctionem fraternam non esse de precepto, sed ad summum de consilio, imò ne sic quidem tangere omnes, sed folium superiores, parentes alioque in auctoritate constitutos, qui ad emendandos subditorum & filiorum mores ex officio obstringuntur; hinc ita fecum argumentantur, aut cogitant: quid alii ad meum cura custos proximi mei? viderint illi quorum cura commissus est, sufficit mihi ut meam curam & conservem animam. Hujus farinae quondam fuit impius Cain, qui postquam fratrem proditiono crimine interfecti, interrogatus a Deo fuit, ubi est Abel frater tuus? trucis vultu ac voce respondit: *Nescio! nunquid assus fratris mei sum ego?* (Gen. 4.) quasi diceret, quid ad me cura fratris? vivat ille ferus mortuus sit, bene feci male procedant illi res tuae, mea nihil interest. Verum hac ipsa incuria culpa a Deo maledictus, & in perpetuum exilium ejectionis fuit. Utinam non darentur Cai-

ni loquaces, qui a Deo ob eandem delicti rationem maledicti merentur; dum enim res & salutem proximi nihil ad se latere exilimant, illius errores non corrigunt, & sic curiam, dum non emendantur, invalescunt. Omnia quae excandesceret S. Greg. mor. l. 9. c. 64. si videret, & crassam hanc deceptionem audiret. *Qui amandare potest, & negligit: participans se procul habet a delicti castigatione.* Angelicus Thomis 2. 2. q. 33. a. 2. ubi expresse hanc questionem discutit, an correctio fraterna sit de precepto, affirmative illam decidit, conformans se doctrinae Magi Augustini dicentis serm. 16. de Verb. Dom. *Si in glaucis corrigere, propter factus es illo, qui peccavit; & sententia plane fundatur in precepto naturali. Mandavit Deus unicuique de proximo suo, ut auctor naturæ, quia correctio fraterna est dictamen rationis ex lumine naturæ profectum; hinc cum Christus Dominus legen tulit (Mat. 18.) Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripue eum, non censenda est lex nova, sed declaratio antiquæ, & elucidatio obligationis naturalis; si enim natura dicitur, ut alteri facias, quod tibi factum velles, quis est qui expositus manifesto damnationis periculo, non optet ab illo liberari? ergo teneris alteri succurrere in tali periculo! Promoveamus argumentum! Ponamus aliquem de equo labi, & graviter laedi, nunquid subito illi de remedio providetur, succurritur, & lapsus de terra sublevatur? Ponamus aliquem corporaliter infirmari, & lecto decumbere, nunquid omnes amici illum visitant, illi condolent, dant consilia, & remedia sanitatis? Ponamus aliquem ambulare in tenebris, & proluo, quem non observat, puto appropinquare, nunquid a lapsu praemonet, & in securiorem viam dirigunt? Sed nimis grandia haec sunt, quae sanitate, & vitam corporis conatentur defendendas ad res leviores momenti! Ponamus tibi constare, quod incendiarius in vicini tui domo, aut horreo fomite cum pulvere pyrro collocavit, paulo post in miserabile totius viciniae incendium erupturo: quid agis? Ponamus te conscium esse lethalis inimicitiae, quae vindicativus nonnemo proximam tuam hac hora, hac die, hoc loco armata manu, & oneratis sclopetis ex insidiis expectat: quid agis? ponamus te inaudisse, esse furum ac raptorem turbam et propinquo, quae hac nocte domum proximi tui exspoliare cogitat. Imo ponamus te ab eminus conspiciere vulturum, qui pullum vicini tui depraedaturus circumvolat, aut prout loquitur Chrylotoomus, videre te alium, qui in vestra clamide inobservanter incidit, quid agis? Respondeo, ex instinctu naturæ, quae charitatem saltem naturalem cordibus nostris implantavit, statim scilicet, & proximam de imminente periculo commones: id enim ni feceris, & ex tua taciturnitate ambulans in tenebris in puteum cadat, ex tua taciturnitate horreum vicini conflagret, ex tua taciturnitate do-*

mus proximi a raptoribus exspolietur, & quae sunt similia, damnus omne proximi tibi ad culpam & penam imputabitur; quia prout Jurat (23. q. 3. c. Non inferenda) loquuntur, ac statunt; *Qui non repellit a socio injuriam, cum potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit.* Jam affurgamus ad spiritualia.

5. Deploret Michæas Propheta c. 7. *Perit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est.* Alii legunt, *et non est, qui corrigat.* O tempora, o mores! proximus ambulat in decumanis inficitate tenebris, decumbit anima tenus ad mortem, excidit statu gratiae, incidit in latrones, qui omnibus bonis spiritualibus illum exspoliaverunt, & denique versatur in manifesto aterni incendi periculo, & nemo invenitur, qui illum saltem zelet, aut correctione charitatis illum adjuvet? Generosissimus David pugnaturus contra Goliathum (1. Reg. 17.) cum Rex Saul illius viribus diffideret, ut suæ generositatis specimen daret, enarravit Regi: *pacabam ego servus tuus gregem patris mei, & subito veniebat ursus & leo, tollens arietem de medio gregis: & persequabar eos, & percutiebam, erubescam de ore eorum, & illi confurgebant ad verum me, & apprehendebam mentum eorum & fovecabam, interficiebamque eos: quibus auditis Rex Saul juvenem tam prodigiosa virtute celebratum ad monomachiam, a quo totius Israelis gloria dependebat, elegit, felici adeo successu, ut iste giganteum in ardua straverit, & interfecerit. Non gratulor ego viatori, sed id tacitus mecum considero: Ergone fortissimus juvenis, ut unum arietem urso aut leoni pradam eriperet, praesentaneo mortis periculo se exposuit? & homo Christianus (lamenta sunt non mea, sed S. Chrylotoomi mon. 48. in Gen.) videns animam fratris sui in tauribus leonis infernalis, non operam dat, ut insatiabilis belluae pradam eripiat, quam facile eripere possit, non pugnam contra diabolum, sed corrigendo fratrem? *quam desiderat, ut agros, domos, vineas, & arboribus, & ubique dominatum enormes ulvas, concubitus publici, turpitudines nefandas, lascivias effrenatas, injustitiam manifestam, simoniam palliatam, sodia intellecta, profanantur res sacra, dantur scandala publica, a viris, mulieribus, senibus, juvenibus, divitibus, pauperibus, & ab omni genere personarum. Hic-dente maledico laceratam am proximi, ille manu violenta rapit aliena, alius immerfus vivit odiis, & non est, qui corrigat, non est qui reprehendat, non est qui verbum ad Dei gloriam & proximi emendationem loquatur. Perit sanctus de terra, & non est, qui corrigat.* Vis aliud argumentum, quod non jam a charitate naturali erga proximam, sed superantem erga Deum capitur.*

6. Cresti Regis Lydiae filius, prout Herodotus Hist. l. 1. commemorat, erat a nativitate mutus, nihilominus patrem ad bella prodeuntem secutus est. Anceps diu erat bellorum a-

Victoria: tandem res ad pugnam decreto-riam devenit. Pugnavit Croesus, & ex ejus latere filius tanta fortitudine, ut non jam ducum, sed militum praesens experiret. Verum ecce! dum fervet praelium, repente conspicit filius inimicum militem a tergo imminere, qui stricto gladio feralem ictum in caput amantissimi genitoris mediabatur. Quid evenit? heu! quam operativus est amor! Filium a teneris loquela expertum subito loquacem fecit, clamantem, & articulate vociferantem: *Sille nequam, cohibe gladium, pater est!* & ecce! iustificata hac voce obstupescit miles subitit, atque dein a filio lancea transfectus perit. Mi Christiane, notis supremum calli, terraque Regem? est Pater tuus, qui creavit, redemit, atque hæctenus paterne conservavit te, siquæ aeternam gloriae hereditatem tibi preparavit? & tamen hic pater tuus omni amore dignissimus quotidie millenis ac millenis sceleribus offenditur, ac tot gladiis lethaliter vulneratur, quot peccata in ore committuntur! quid agis? Parentes vident filios suos disculos, filias lascivas, famulos blasphemos, ancillas impudicas, vicinos scandalosos, subditos nequam, cruciungit Christus in plateis, in officiis, in domibus, in palatiis, in templis, & nemo est, qui cum Petro (Matth. 25.) gladium correctionis extimat: *Christus in oculis nostris cruciungit, & non adhae gladium in vagina habebat, ait Cardinalis Hugo in illud Luc. 22.* Ecce duo gladii hic. Abundant in Christianismo, cum summa altissimi injuria, scortatoribus publici, & non est Phinees, (Num. 25.) qui pugione linguae eos confodiat! invenitur innumerales Ullurari cum Israelitis adorantes vitulum aureum, & non est Moyses, (Ex. 32.) qui gladio iudicis increpationis eorum cupidinem occidat. Resurgunt in dies Saules Divinis mandatis rebelles, & non est Samuel, (1. Reg. 13.) qui suam illis militiam exproberet. Accrescit numerus Pharaonum in iniquitate obduratorum, & non est Aaron, (Exod. 7.) qui in eorum facie virgam flagelli caelestis elevet. Multiplicantur impuri Davides, alienam tollentes uxorem, & non est Nathan, (2. Reg. 12.) qui parabola ovis ablatæ repetat. Servunt iniqui Achabi diripientes vineam & bona aliena, & non est Elias (3. Reg. 21.) qui sese opponat. Crebrescunt incesuosi Herodes ad instantiam metricum persequentes hominem justum, & non est Joannes Baptistæ (Marc. 6.) qui clamet *non licet tibi.* Dominantur crudeliter Theodofii humanum sanguinem instar joci effundentes, & non est Ambrosius, qui tantum nefas castiget. Verbosus augerit in momenta sceleris, & nemo est, qui hominum impietati repugulum injiciat: quid tibi erga Patrem tuam ardes, solve vinculum obtumescens lingue, clama, fide nequam, cohibe gladium! Intelligis, quid velim dicere? volo dicere, si advertis filios tuos furari, procrari, lascivire, praedinde illis sceleratas occa-

iones! si audis famulos tuos jurare, pejorare, blasphemare, accede, increpa, & si verbera ingerere sportas, non recuses. (S. Chrys. hom. 1. ad pop.) Si vides domesticos in delictis & lapsis esse impudentes, atque vitam vivere potius Ethnicam, quam Christianam, arripe flagellum correctionis, quo illos a via perverfitatis ad semitam salutis reduces. Neque dicas idipsum, quod quidam S. Chryostomo olim objecit: Famili mihi necessarij sunt, non Monachi, expedit enim cum sancto Doctore hom. 21. ad Ephes. respondendo: *Ne esse necesse, ut sint Monachi, sicut Christiani.* Nolo illos contritari & offendere! Eheu! quam paradoxa, & Divinis suppliciiis dignissima res est crudelis hæc misericordia! (loquor iterum cum Chrys. hom. de doct. & corr.) *Si fratres perturbare sinimus, ut parvo potius percontamur.* Atque ita simul ambo pereunt, & ille qui non corrigit, & ille qui non corrigitur.

7. In infelici pugna illa, qua Israelitica Philistis fuit, & fere ad intercessionem delicti sumus, non solum Rex Saul, sed & filius ejus Jonathan percussus interit. Quod occidatur Rex Saul, (1. Reg. 31.) mirum esse non debet; quia propter inobedientiam, qua Amalecitas funditus delere jussus est, justissime poenam mortis incurrit. Sed cur eadem morte involvatur Regius Princeps Jonathan, amicus Davidis, fidelis Dei famulus, pius, misericors, justus & innocens, plane non capio. Loquatur ergo mei in vicem Ildorus Pelusota l. 1. ep. 137. Dicit Regem Saul initio bellorum cum futuris rerum eventus nosse desideraret, accessisse Pythonissam, eamque consultasse: erat hoc superstitiosum, & in Dei ignominiam vergens delictum, cujus Jonathan erat confcius, & cui forsitan præsens addidit; cum igitur tacuit, nec operam adhibuit, ut delinquentem patrem corrigeret, una cum illo in prælio vitam amisit. Verba Ildori sunt: *Quia patrem Pythonissam quærentem minime prohibuerat, ausus enim, qui scelus adstrinxit, in bello interit. Oh bone Deus! si sic punitur filius, quem reverentia, & timor filialis videtur eximere ab obligatione paternæ correctionis, quid de parentibus fiet, qui filios in animæ damnationem ruere tentes vident? quid de superioribus fiet, qui animabus cura sua commissis transgressiones gravissimas, & vitia dissimulant? quid de Patribus-Familias fiet, qui famulos, & famulas in pudenda lascivie scelera effundunt non tantum, nec tamen verbum contra movent? Eheu sentio cum Origene l. 1. in Job. Omnia qua designaverint filii (aut famuli aut subditi) de parentibus (aut Patribus-Familias, aut Superioribus) exquirentur, qui non corriguntur.*

8. Anteriori sæculo in aula Ludovici XIII. Galliarum Regis (Theatr. Trag. Hist. 36.) degebat Nobilissimus quidam Henricus d' Effiat, alius Nobilis Marechalus de Cinqmars, qui patre & bello ea patriæ obsequia præstitit, ut dignus habitus fuerit in intimam Regis amicitiam admitti. Sed quantum favores principum peccatorem habere emulacionem, malignis ac

iventibus oculis intuitus est potentiam Cardinalis Richelii, qui totius aule idolum eum supra supremos dominatum tenebat. Hunc igitur ut supplantaret, atque vel ex aula velotissimo e vitis exterminaret, cum Hispani tunc temporis Gallias inimicis collatis, eamque conspirationem amico suo intimo Francisco Thuanus confidenter aperuit. Non est facile dictum, quam validis artibus Thuanus vi loquentissimus & perpicacissimus, animum amici retinere, Regem esse implacibilem sui honoris zelatorem, Cardinalem esse astutissimum, in aula tot esse proditores quot famulos, quamlibet suspicionem habendam esse pro crimine læsæ Majestatis. Et vero hæc Thuanus consilia fuerat incitatus; paulo post enim re prodita Regi Henricus perduellionis reus habitus, & capitis damnatus est. Et quod maxime mirandum, etiam Thuanus in carcerem raptus, & carnicis gladio decapitatus fuit. Quid? Thuanus? quinultimo non morit lapidem, ut amico meliora persuaderet? ita ille! qui criminis commissi, & cuius delicti reus fuit, Reus fuit, quia tacuit, debuisset enim juxta Regis & Cardinalis opinionem, proditorum amici consilium statim initio, & sine mora prodere. Observe mi Christiane, si tacuisse coram humano tribunali delictum fuit more dignum, quanto magis coram tribunal Divino, ubi agitur de læsione Majestatis supremi cæli terraque Domini? nonne putas, peccata omnia, quæ ex tacurnitate consequuntur, in tacentis caput redunturata? Ita omnino est! Expertus est infelix ille Caupo de quo Nicephorus l. 18. Hist. cap. 33. veniebant in ejus cauponam gentilium quidam, qui cum vino hebrarum expissent, & Catholicæ Religionis mysteria, ac ceremonias, præcipue vero intemperatam Divinæ Matris Virginitatem blasphemis ac sacrilegis illisusibus ac sarcinis traducebant. Audiat hæc omnia Caupo Catholicus & tacuit: quare? amore lucri, quia hospites, si eos corrigeret, abituros, nec redituros metuabat. Ergo calum punivit, qui in terris impune transit. Sequenti nocte Beatissima Cælorum Regina apparuit dormienti Cauponi, virgulam in manu tenens, ac interrogans: Nolle me? Ah! Domina, repositus iste, quis non noceret creaturaturæ omnium electissimam? si ita est, qui meum honorem heri contra sacrilegas impiorum garriones non defendisti? obstupescere miser, & humillime rogare coepit, ut ob commissum crimen non aternum puniretur. Auditus est; nam Beatissima Virgo circa genua virga percussit, & ecce! ille a visione & somno ad se reverfus comperit, geminos sibi pedes a genibus abscessisse esse, Deoque gratias referens pro temporali poena, quam meruisset æternam, rem omnem, e jusque causam publice professus est. Satis bene adhuc & feliciter res misero cessit! graviorem poenam subit infelix Beate Marie de Ognies Mater: (Jacobus de Viriac. in Vit. l. 3. cap. 11.) fuit illa

illa status conditione Hospitalis, & de cætero mulier non irreligiosa; nihilominus a sancta filia visa est in infernali ergastulo ardere. Eheu! Domine Deus, exclamabat filia, cur mea mater æternum perit? ideo repositus Dominus, quia inter domesticos multa injustitia, impudicitia, aliaque scelera dominari scivit, & dissimulavit, ac tacuit. Quæris fortasse, an ergo peccatum alienum tacendo incurro? An semper errantem proximum corrigere teneor? ne supervacaneam anxietatem suscitem, respondeo ad mentem Theologorum, multa requiri, ut privatus aliquis peccet moraliter, nempe privator, ut certo confiteri, proximum peccasse graviter. Secundo, ut adit spes emendationis. Tertio ut fieri possit sine gravi corrigentis periculo v. g. vitæ, famæ. Quarto denique, ut non metuantur secutura majora incommoda; si enim prudenter timetur, ne correctus corrigentem despiciat, aut ipsam correctionem luto autem signanter, sita requiri, ne privatus aliquis peccet mortaliter; nam de iis, qui ex cura animarum, ut ex officio ad correctionem fratrum obstringantur, nec jota eorum, quæ hæcenus dicta sunt, aut revocare volo, aut moderari.

9. Episcopus. O Christiani dilectissimi! igitur quam clara vobis falas est, movem gerite Augustino monenti, serm. 103. de Verb. Dom. *Ne negligens sitis in corrigendis vestris, ad curam vestram pertinetibus, non modo & decido, & hortando, terendo.* Præcipue Superiores, Concionatores, Confessarii, Parentes, ac Patres Familias attendant, ne connivendo, dissimulando ac tacendo alieni peccati participes se faciant: exigit hoc a vobis Dei amor, qui per peccatum gravissimum offenditur: exigit hoc a vobis amor proximi; si enim in veteri lege præcepit Deus, (Deut. 22.) ut si quis viderit affinum aut bovem intras fuit cecidisse in via, illum non prateriret, sed libervaret; quanto magis a charitas exhibenda est immortalis animæ in aternæ damnationis reatum prolapsæ? Oh quam solliciti, quam omni ex parte circumspiciti hæc in re fuerunt homines sancti, qui Divini Spiritus lumine illustrati vere agnoverunt, quam facile convivia & tacurnitate alieni peccati reatus contrahi possit. Pientissimus P. Thomas Turrocremata, (Loc. Monition. T. 3. conc. 76. n. 6.) qui Hispaniarum Regi erat a confessoribus, cum inaudit Regium mandatum, quo Judæi omnes e regno emigrare jubebantur, a quibusdam aule proceribus triginta millium aureorum manere corruptis retinendi, arrepta crucifixi imagine in conclave Regis irrupit, loquens: Judas proditor vendidit Christum pro triginta argenteis, vestra Majestas eundem vendit pro triginta millibus, quibus verbis effecit, ut Judæi, qui Hispaniarum Regnum decumans usuris & avaritia conruperant, absque commiseratione fuerint in exitum ejecti. S. Raymundus Pennafortius (In Vita) Jacobum Regem Arragoniæ, cujus Confes-

siones excipiebat, sæpe pudendi concubinatorum communit, verum cum frustra erant monita omnia, ex aula dimitti petiit. Obstitit Rex, sevebreque interdixit, ne quisquam Raymundum in patriam navigaturo navigium subministraret: quid egit sanctus vir? pallio pro navigio utus intra sex horarum spatium per mare centum sexaginta miliarium iter feliciter confecit. S. Hieronymus in concionibus suis eo fervore in peccatores invehebat, ut si illi non a vice mortem committati sunt, verum generosior Hieronymus l. 3. ad Rufin. libere repositus: *Mori possunt, tætere non possunt.* Cardinalis Bellarminus (In Vita) a Nobili quodam invitatus, cum in cænaculo impuras imagines circum circa penitus cernebat, non desit Divinum domus importune, opportune rogare & commone, ut scandalosæ picturas, & una cum his animarum pericula tollerent, quod & feliciter effecit. S. Joannes de Deo (In Vita) in lupanaria & infames domos frequenter irrupit, & profuturissimis tot pecuniarum perfoliis, quot illa venali pudore lucrari possident, ut ea ratione peccata, & Dei offensas praverteret. Taceo plura hujus rei exempla, & ad horum imitationem te, mi Christiane, extitumissimas finaliter interrogo, amas Deum? amo, ergo necesse est, ut ad peccata, quæ sunt gravissima Dei optimi maximi injuria, & quæ cedunt in aternam proximi perniciem, non taceas, sed clamet, vocifereris, & impediatur! Fiat! huc vires omnes collimare debent, ut destruantur & impediatur peccata! Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine. (Jerem. 48.) & Eccl. 8cc.

In Fests SS. Innocentium.

CONCEPTUS XLII.

De Sextimo Peccato alieno, videlicet Convivencia.

Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus. Matth. 2.

Sicut taciturnitate, ita & convivencia alieni peccati reatus incurritur.

1. Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine! Hæc erant hieronimi sermonis verba ultima, & hodierni prima, qui volodiceret? Nolite putare, Christiani auditores, me loqui de trulentis carnicum gladiis, quibus innocentissimi Martyres hodie occiduntur; multo minus, me approbare sanguinolentum facinus, quo impius Herodes contra infantulos lævit, non est ita! loquor de illo gladio, de quo S. Basilus l. 1. c. 1. supra verba recitata annotat: *asanguine gladium prohibet, qui se ab infernali reprobi ulione coarctet.* Nimirum hebeterna die locuti sumus de sexto peccato alieno, quod committitur, *ulivencia*, id est, quo Superiores, Parentes, & patresfamilias filiorum & subditorum delicti non corrigunt